Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36558
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

i. istum librum pamachio scripsi. Optimum genus interpretandi est: quod non semper
uerbum e uerbo. sed hoc iam uerbi aliquando nec legitis. sensus transfertur
e sensu. Et unde subaudi fuit eis sub euangelistis et apostolis. Hec subaudi
testimonia. Scriptum esse testatur. i. quod credit in me sicut dicit scriptura. Apo
crifa. i. occulta. et est acc. plur. Unde. i. ex quibus. Discipuli. i. apostoli. Pace ue
terum. i. concordia. lxx. Rodunt. dilaniant. lacerant. In angulis. i. in se
cretis. Accusatores. i. cum in publico detrahunt. Defensores. i. quia quod
in me reprehendant in aliis laudant. Non in rebus. i. in qualitate operis
uel prose: Sed cum auctore mutentur. i. in uno uirtus reprehendatur. quasi uitium
propter odium. in altero uero uitium deputetur. uirtus propter amorem. Nostris. i. Latinis.
Nam antea secundum translulerat in latinum. In coetu fratrum. i. in congregatio
ne publica. Edissero. i. expono. Nam et secundum hebreas et secundum lxx. expo
suerat prophetas. Inextricabiles. i. insolubiles. Trice dicuntur impedimenta
peditum. quibus uirginum pedes ligabantur. ne deuirginarentur in uia. unde
inextricabilis dicitur res insolubilis. Moras. i. tarditates. Siluas. i. den
sitates. Confusa. i. commixta. Cole. i. membra. Digerere. i. ordinare. Meis
sub amicis. Iuxta hysmenium. hysmenius poeta fuit optimus. qui dicebat.
Qui uoluerint meam poetriam audiant qui uoluerint dimittant. mihi met
ipsi canam.

Prologus In Paralippomenon.

EVSEBIVS Hieronimus. Eusebius pronomen est interpretatur pius uel bene colens.
Nam eusebia bona cultura dicitur. Eusebes bene uel pie colens. Asebes nullum colens.
Athenas. Athena est ciuitas grecorum. et pluraliter profertur. et sub magis intel
ligitur. Nam in primo libro uirgilii excidium troie describitur. In secundo quomodo na
ues enee tempestate dispersae sunt. In tertio quomodo nauigando ad italiam rediit.
Troiade. i. a troia. Leucaten. i. promunctorium epiri quod est nauigando pre
terit eneas. Et acroceraunia. i. e leucate ad acroceraunia. i. summa
ceraunia. Acron id est summum. Ceraunii autem montes sunt epyri. dicti
a crebris fulminibus que ibi sepissime cadunt. Et inde. i. a sicilia.
Ad hostia tyberis mare ingreditur. Ostia dicuntur per que flumina intrant
in mare. Lucidius intuebitur. i. clarius intelligit. Vel eadem uocabula. uel
mutata cognouerit. i. quedam enim urbes aut loca antiqua nomina
reseruant. quedam etiam mutauerant. sicut hierusalem primitus dicta est
salem postea hierusalem. ad ultimum uero ab helio adriano qui eam restruxit.